UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res, personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia, discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...

Bosschaerts, Willibrord

Mechliniae, 1650

Alia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10958

Visual Library

CENSVRA.

VT memores ſimus Prępoſitorum noſtrorum, qui nobis locuti ſunt verbum Dei, eorumdemque intuentes exitum converſationis, imitemur & conſervemus fidem; Diſſertationes R. D. F. *Willibrordi Boſchaerts* Ord. Præm. Canonici de primis veteris Friſiæ Apoſtolis, qui etiam in Brabantia fidem Chriſti propagarunt, valde idoneas, ideoque dignas ut typis commiſſæ evulgentur, cenſeo. 29. Septemb. 1645.

P. COENS *S. T. Licent. Can. & lib. Cenſ. Antverp.*

ALIA.

MEritò gloriari quidem poterat vetus Friſia in Sanctis ſuis Apoſtolis, quorum doctrina & Prædicatione lumine fidei fuit illuſtrata. Vt verò Sancta Catholica Romana Eccleſia, ab antiquitate, & ſana doctrina probetur, & confirmetur, confundanturque qui novitate doctrinæ, ſeu verius, falſis dogmatibus, eam conturbant, perutiles, & prælo digniſſimæ ſunt iſtæ diſſertationes Hiſtoricæ quas de *Willibrordo* eiuſque Cooperatoribus, in convertendis Friſijs, & vicinis, accuratiſſimè, & veriſſimè deſcripſit R. D F. *Willibrordus Boſchaerts* Ord. Præm. Canonicus. Sic cenſui 12. Novemb. 1647.

ALEXANDER VANDER LAEN *S. T. L. Archipreſbyter Canonicus & librorum Cenſor Mechlinienſis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN